

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Mira peccatoris pœnitentis mutatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

naret, quoties ad diuinia officia est accessurus. Dolemas durare bella, sentimus difficultates, timemus pericula, instituimus orationes, & non cogitamus quales ipsi sumus, qui sumus oraturi. Eodem ore petimus à Deo nobis pacem dare, & bellum eidem indicimus. Quo pacto enim illa lingua in templo Deum flester, quæ illum paulo prius, ante templum blasphemauit? Ita homines illi non sine caussa solliciti fuerunt, ne inidonei ad orationem accederent. Inimicus ab inimico nihil potest fiderer, nisi veniam rogare.

Iussi igitur illi in templum ingressi sunt ad Missam audiendam, *S. Paulus simplici* præ foribus templi relicto, ac inde sinenter plorante, ob miseri illius viri lachrymabilem statum, & tot catenas, quibus erat illigatus. Officijs diuinis, intra breve tempus, finitis, populoq; è templo regrediente, *Paulus* denuo singulos obseruauit, præcipue verò attendit ad illum, quem prius viderat freno vinculisq; constrictum in ædem sacram introduci. Sed hic nouum se se illius oculis spectaculum obtulit. Vix enim potuit illum virum amplius agnoscere, quasi repente alium factum. Sed diuina rursum lux illi, qualis iam esset, detexit. Non enim iam Æthiops videbatur, neque nigra in toto illius corpore macula apparebat, sed in contrarium, omnia erant candida & mirifice lucebant. Neque iam cacodæmonum caterua stipabat, aut vinculis ligatum tenebat, neque nares perforatus ducebatur; sed maligni spiritus, cum multis diruptarum catenarum fragmentis tristes, & caput vncis ynguisbus scalpentes, multis demum passibus ab illo repulsi sequebantur. Ad latus autem illius iam bonus Angelus lætitijs & exultatione plenus adambulabat, & sublatis subinde in cælum manibus Deo gratias dicere videbatur. Quàm vere tunc cani potuit: *Hec mutatio dextera Excelsi!* item: *Si fuerint peccata vestra ut coecinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erant.* Deniq; apparuit gaudium Angelorum, quod habent etiam super uno peccatore pœni. *Luc. 15. 7. & 10.*

VI.

*Psal. 76. 11.
Ila. 1. 18.*

Paulus simplex certè, aspecta hæ viri tam subita, tamq; magna mutatione, præ gaudio exiliit, & tamquam sui oblitus, altissima lætitia voce exclamare, & Deum laudare cœpit dicens: *O intentiam agentem.*

Paulus simplex certè, aspecta hæ viri tam subita, tamq; magna mutatione, præ gaudio exiliit, & tamquam sui oblitus, altissima lætitia voce exclamare, & Deum laudare cœpit dicens: *O intentiam agentem.*

VII.

Aaa 3 effabilens